

ment. At ibi de conformatione Theatri Græcorum incipit tractare, argumento si non diuerso, certè entium variarum. Neq̃ tamen velim quenuquam existimare à Virruvio sectos in capita libros, quin potius, quod alibi testati sumus, perpetua & continua vs̃um dictione. Eius rei si non sit aliud argumentum, certè tria libri nomi prima capita fidem facere possunt quæ constat partem esse Proœmii. IN TOPIARII OPERIS SPECIEM DEFORMATIS. De Topiariis libro. 7. cap. 5. dicam. PARALLELLOS LINEA DESIGNATVR. Æquidistans, cœquabilis, mutuo cum alia correspondens. ET QVÆ SECAT CIRCINATIONIS LINEAS. Scribendum quæ. ITA QVE EX EO SCENICI ET THYMELICI GRÆCE SEPARATIM NOMINANTVR. Scenici complectuntur Comicos & Tragicos. Thymelicorum nomine intelligimus Cytharædos, Cytharistas, Lyristas, & Tibicines, atq̃ id genus Symphoniacorum. EIVS LOCI ALTITVDO. Non desunt exemplaria vbi pro loci scriptum est logei, neq̃ fortasse abs re, nam logeum, id est λογέον, pulpitarum significare paulo ante dixit, & apud Iulium Pollucem legimus lib. 4. cap. 19. SVNT ENIM NON NVLLI LOCI NATVRALITER IMPEDIENTES VOCIS MOTVS. Cum sint loci aut dissonantes, aut circumsonantes, aut resonantes, aut consonantes, horum maxima est habenda ad vocis in Theatris effectum ratio, reliquæ differentiæ, vitiosæ sunt.